

EDICTUM

E SECUNDO EPISCOPORUM CONGRESSU

PROVINCIAE MECHOACANENSIS MORELIAE HABITO

SUB METROPOLITA

COMMUNI SUFFRAGIO EMANATUM



IDAD AUTÓNOMA DE NUEV
MORELIAE

EX TYPOGRAPHIA AUG. MARTINEZ MIER

1905

BX1427
.A1
E71
1905
c.1

97



RAUDI

ECONOMIA

BX1427

A1

E71


1905

c. 1

004997



1080026871



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca Valverde y Tellez
MORELIAE

EX TYPOGRAPHIA AUG. MARTINEZ MIER

1905




Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria



ALFONSO Y LETTES
LONDRES EDICIONES

42150

341427
EX-1
1905



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

SECTUM

ATHENOCENES SILVA, Archiepiscopus Mechoacanensis, Ioseph a lesu Fernández, Episcopus Coadiutor Zamorensis, Leopoldus Ruiz, Episcopus Leonensis, et Emmanuel Rivera, Episcopus Coadiutor de Querétaro.

Omnibus et singulis Sacerdotibus nostrarum dioecesium, pacem et salutem in Domino.

VENERABILES FRATRES:



BSEQUENTES praescriptis Concilii Plenarii Americae Latinae secundo iam Conventum Episcoporum inivimus, eo praesertim scopo ut quae pro bono Provinciae statuta fuerant in priori Congressu nunc urgerentur ac nova sanctione firmarentur.

Nihil refert optimas leges ferre si haec ab eis ad quos attinet non servantur: atque comperta res est, eo maiori splendore societatem quamlibet lucere, quo maior est in eius membris legis existimatio ac plenior exequitio.

004997

Omnis ergo et singulos viros ecclesiasticos nostrarum dioecesium in Domino hortamur ut has praescriptiones saepe legant, mente retineant, magni habeant ac sedulo adimplant: haec enim omnia non possunt non cedere in bonum Ecclesiae, animarum salutem Deique gloriam.

Praesens Edictum fere omnia ad verbum repetit quae in Edicto praecedentis Congressus referebantur, nonnullis adiectis notis, paucis inductis mutationibus ac uno altero-ve adiecto decreto pro adjunctorum ratione.

Ea autem est vis harum dispositionum ut in poste-
rum easdem inter dioecesana statuta quaeque dioecesis
huius Provinciae includere teneatur. Sunt vero quae se-
quuntur:

1. Parochos et ceteros confessarios graviter mone-
mus ut semper et cum quolibet poenitente inquirant an
legat ipse, vel sinat legere suis subditis, filiis, famulis vel
aliis quomodocumque inservientibus, periodica folia aca-
tholica: et cum iis qui huic lectioni dant operam, vel ei
quomodocumque favent, sequantur regulas probatorum
auctorum, et procedant, si ensus ita exigat, usque ad de-
negandum absolutionem. (1)

2. Eosdem Parochos, Confessarios et Moderatores
piarum sodalitatum graviter monemus, ut serio excitent
socios piarum consociationum ut abhorreant a lectione
pravorum periodicorum vel libellorum, necnon pariter ex-

(1) Quisque Parochus et Confessarius serio apud se recon-
gitet de hac obligatione; nam timendum est ne propter nostram
negligentiam in re tanti momenti lupus oves rapiat.

cident Moderatores et Moderatrices collegiorum et scho-
larum ut alumnos suos frequenter doceant ab his lectio-
nibus longe abesse. (1)

3. Singulis annis, die 12 Octobris, vel proximiori do-
minica, Missa solemnis in singulis Ecclesiis Cathedralibus
vel parochialibus nostrae Provinciae celebretur, in gra-
tiarum actionem pro dono fidei catholicae et ad postulan-
dam perseverantiam in eadem fide, invitatis fidelibus ut
ad Sacram Communionem accedant eo die, et ea intentio-
ne ut peccata eorum qui fidem amisserunt expientur, et
ut liberentur ab hoc damno qui lectione periodicorum et
librorum pravorum, vel cum acatholicis familiaritate, in
periculo fidei amittendae versantur. (2)

4. Sacerdos qui sciat in se calumniam inferri a pe-
riodico quocumque, praevia Episcopi venia, curet statim
eam propulsare apud civilia tribunalia.

5. Parochi et Confessarii sedulo curent pueros ab-
ducere a frequentandis scholis, in quibus iudicio Episcopi,
periculum adest fidei vel morum. In confessionali igitur
parentes, et alii ad quos pertinet, interrogandi sunt de
scholis ad quas mittunt filios vel pueros quorum tutelam
habent.

6. Maxime curandum est ut in omnibus parochiis

(1) Parochi etiam atque etiam inquirant a moderatoribus
sodalitatum, et scholarum ac collegiorum magistris utrum huic
obligationi satisfaciant.

(2) Dolendum quidem est quod non ubique serventur ea
quae hic praescribuntur. Curent ergo omnes ad quos pertinet
sedulo haec adimplere.

huius Provinciae, tum pro scholis promovendis tum pro pueris et rudibus catechizandis, instituatur sodalitas doctrinae christianae ad normas Apostolicarum Constitutionum.

7. Facultas abeundi a dioecesi clericis propriis, vel manendi in dioecesi clericis extraneis, numquam indefinite concedatur; sed ad summum per sex menses: si pro trahenda sit ob infirmitatem, non fiat nisi de attestacione probatorum medicorum; si vero propter aliam causam, exigatur commendatio specialis Episcopi proprii.

8. Ut nullo praetextu fideles aegroti, qui multum distant ab Ecclesia parochiali, SSMo. Viatico priventur, exscribimus sequentia urgentissima decreta Concilii Plenarii Americae Latinae:

“Art. 532. Dolemus plurimum, quod in nonnullis regionibus nostris, praesertim in locis ruralibus et suburbanis plus minusve remotis ab Ecclesiis parochialibus, frequentissimi sint casus, in quibus infirmis vita periclitantibus Sacraenta Poenitentiae tantum et Extremae--Uncionis ministrantur, omisso SS. Viatico. Quocirca, graviter onerantes conscientiam omnium Rectorum animarum, eis districte praecepimus, ut nulli deinceps infirmo, vita periclitanti, directe vel indirecte, denegare audeant validissimum auxilium SS. Viatici. Inimo non renuant parochi SS. Eucharistiam iterum et tertio deferre ad aegrotos, qui, perseverante eodem morbi periculo, illam saepius, etiam per modum Viatici, si quidem naturale ieiunium servare nequeant, suscipere cupiant.”

“Art. 533. Scientes vero damnablem huiusmodi

praxim inanibus rationibus a plurimis defendi, Ordinarii prae oculis habeant sequentes normas Sanctae Sedis, videlicet: a) “Aegrotis morti proximis cuiuscumque sint conditionis, quamvis in sordido ac vili degant loco aut tugurio, sacrum Eucharistiae Viaticum deferatur, cum apud Deum nulla sit acceptio personarum, ac pro nostra salute nec stabulum nec crucis ignominiam exhoruerit.” (*Alexand. VII, Const. Sacrosanti, 18 Ian. 1658.*) b) “Quotiescumque SSMum. Eucharistiae Sacramentum ad infirmos seu publice seu occulte respective deferri poterit, deferendum esse.” (*S. Congr. de Prop. Fide, 14 Dec. 1668.*) c) Viaticum administrandum est infirmis etiam rudioribus et neophytis quamvis ignaris, dummodo saltem discernant cibum spiritualem a corporali, cognoscendo et credendo in Sacra Hostia praesentiam Christi Domini.” (*S. Offic., 10 April. 1861.*) d) Quodsi longius aut difficultius iter obeundum sit, et fortasse etiam equitandum, necesse erit vas in quo sacramentum defertur, in bursa decenter ornata, et ad collum appensa, apte includere, et ita ad pectus alligare atque obstringere, ut neque decidere neque e pyxide excuti Sacramentum queat.” (*Rit. Rom. de com. infirm.*). Quodsi, ratione extraordinariae distantiae, vel aliis gravissimis de causis, quasi insuperabile aliquod impedimentum occurrat, parochi stent normis a proprio Ordinario praescriptis, qui hac in re procedat, prae oculis habitis decretis et instructionibus Sanctae Sedis.”

Modus autem qui communiter erit in praxi adhibendus ad obediendum praefatis decretis hic erit: statim ac Sacerdos ad aegroti confessionem excipiendam perget, se-

cum afferat, etiam equitando, SSmam. Eucharistiam, ne iterum magna distantia sit percurrenda.

In casu autem nimis remoto denegationis SSmi. Vatici ob positivam indignitatem aegroti, confessarius prudenter suggerat aegroto praetextum allegandum, ne fama eiusdem periclitetur aut sigillum sacramentale.

9. Parochi meminerint gravissimam esse obligacionem quacumque diei vel noctis hora occurrenti, per se vel per Vicarios, ad Sacraenta Poenitentiae, SSmi. Vatici et Extremae Unctionis ministranda aegrotis, sine ulla mora.

10. Omnibus et singulis Sacerdotibus praecipitur ut frequenter ad Sacramentalem confessionem accendant, ad mentem Eccl. esiae; eisque enixe commendamus ut id non differant ultra quindecim dies. Episcopus, cum id circumstantiae suadeant, documentum exquirat a Sacerdotibus, ex quo constet haec Confessionis frequentia, prudenterque inquirat de authentia et veritate ipsius documenti.

11. Sacerdotes, qui Parochi non sunt, nullo modo acceptent ultra triginta stipendia pro missis celebrandis. (1)

(1) Decretum recenter datum ab Apostolica Sede die 11 mensis Maii anni MCMIV omnes agnoscere debent, ac eidem standum.

Meminerint etiam clerici quum de legatis piis agitur aut de quacumque pia fundatione legatarium quemcumque sive clericum sive laicum Episcopo debere quamprimum legatum denunciare etiamsi id testator prohibuerit aut legatarium ab hac obligatione expresse liberaverit. Imo clerici fideles moneant ut Episcopo denuncient legata de quibus notitiam habeant etsi ipsi legatarii non sint.

12. Parochi singulis annis intra mensem Ianuarium, debita praehabita informatione ac solerti diligentia, folium mittant ad Curiam Episcopalem, in quo pro rei veritate et coram Deo respondeant quaestionibus in eodem folio contentis, circa vitam et mores uniuscuiusque Sacerdotis qui parochiae est adscriptus, vel in ea residet, vel anno proxime elapso a parochia discessit.

Exemplar autem huius folii hoc est:

« Informe de la vida y costumbres del Señor Pbro. D. NN » (dígase el oficio que desempeña).

Conteste el Párroco, en conciencia, á las siguientes preguntas:

1. ¿Le consta ó sabe que sea piadoso, y qué ejercicios de piedad sabe que practique?
2. ¿Le consta ó sabe que celebre la Santa Misa con devoción, con la conveniente preparación y acción de gracias, observando los sagrados ritos?
3. ¿Le consta ó sabe que acuda á administrar los Sacramentos cuando se le llama?
4. ¿Le consta ó sabe que dedique algún tiempo al estudio?
5. ¿Le consta ó sabe que predique y que para ello se prepare debidamente?
6. ¿Le consta ó sabe que cumpla con la lectura del Evangelio y reflexión mandadas en todas las misas rezadas de los domingos?
7. ¿Le consta ó sabe que acuda al confesonario á la hora que tiene señalada?

8. ¿Le consta ó sabe que se confiese cada quince días por lo menos?

9. ¿Le consta ó sabe que no tenga en casa personas sospechosas?

10. Le consta ó sabe que no visite personas sospechosas ni reciba visitas de tales personas?

11. ¿Le consta ó sabe que no ande en tratos, comercio ó negocios impropios de su estado?

12. ¿Le consta ó sabe que no asista á diversiones?

13. ¿Qué personas le asisten en casa?

14. ¿Ha tenido queja fundada de su conducta ó de su carácter?

15. ¿Qué observaciones tiene que hacer sobre su conducta?

Sello—fecha—firma del Párroco.

13. Enixe commendamus clericis omnibus mutuam fraternitatem in vinculo verae charitatis, ita ut mutuo se adiuvent, seseque erigant in adversis, uno verbo, in Christo se diligent: a detractione fratrum multum abhorreant: superiorum dispositiones numquam factis aut verbis spernant, immo reverenter suscipiant: de gravibus denique aliorum clericorum delictis numquam cum aliis colloquuntur, sed Superiori ea denuntient.

14. Mentalis oratio gravissimum est praeceptum pro Sacerdotibus, quoniam viam perfectionis christianaæ incedere tenentur. Totis viribus eis igitur commendamus ut quotidie orationi vacent, et quoad fieri possit, in Ecclesia ad populi aedificationem. Facile autem id om-

nes perficere possunt, si per dimidium horae post missae celebrationem in Ecclesia maneant huic obligationi satisfacturi.

15. Singulis mensibus vel singulis quindecim diebus, iudicio Episcopi, conferentiae ecclesiasticae celebrentur; idem autem casus vel eadem quaestio de re morali et liturgica ab omnibus solvatur. Singulae vero conferentiae, vel singuli Sacerdotes qui conferentiae non intersunt ob causam ab Episcopo approbatam, solutionem casus vel quaestionis ad curiam episcopalem mittent quamprimum: deputatio autem specialis examini subiicit solutiones, et quam meliorem existimet, mittet ad Curiam metropolitana, ut publicetur in periodico ecclesiastico officiali Provinciae.

16. Omnibus, praesertim vero Parochis, praecipimus ut sequentia verba Concilii Plenarii serio perpendant ut ad litteram adimpleatur quod in eis praecipitur.

Art. 711. *De catechistis ruralibus.* — Compertum est agricolas eorumque familias, procul ab oppidis degentes, ad Ecclesias parochiales, ubi catechismi institutio habetur, non semper, ob locorum distantias aut alia impedimenta, convenire posse. Quamobrem, ne ulla dominici gregis pars in ignorantia eorum, quae de necessitate medii et praecepti omnes scire debent, cum evidenti aeternae salutis periculo, derelinquatur, volumus, ut Sacerdotes rite approbati ad officium concionatoris, qui in Ecclesiis vel oratoriis ruralibus sacerum, diebus festis, peragunt, quatenus fieri potest, infra Missam, explicit Evangelium. Durante vero sacrificio Missae, actus fidei, spei,

charitatis et contritionis, oratio dominica, salutatio angelica, symbolum Apostolorum, decalogi et Ecclesiae pracepta, et sacramenta distincte et tractim recitentur vel perlegantur. Parochus autem, et, si de Parocho agatur, Vicarius foraneus, de huius oneris implemento diligenter inquirere teneatur; et si compererit praefatos sacerdotes in eo implendo negligentes, rem ad Ordinarium deferat, qui prudenti suo arbitrio efficaciter provideat, ne huiusmodi agricultae necessaria instructione de iis, quae requiruntur ad salutem, fraudentur.

Attendentes insuper Patres huius Provinciae ad necessitatem in qua maior fidelium pars versatur audiendi verbum Dei, re mature coram Domino inspecta, praecipimus ut in omnibus et singulis missis privatis, quae ubiquecumque, etiam in privatis oratoriis, diebus Dominicis celebrantur, dicto Evangelio, Sacerdos celebrans fidelibus legat lingua vernacula Evangelium proprium illius Dominicæ, aliqua adiecta pia et morali consideratione practica, et fidelium captui accommodata, desumpta ex ipsa lectio Evangelii. Totum autem hoc, id est, lectio Evangelii et reflexio, non excedant decem minuta. Curent autem omnes congruam praemittere praeparationem, ut haec brevis praedicatio solida sit et fructuosa, sedulo etiam ventent immoderatas reprehensiones et abstineant ab allusionibus personalibus.

17. Vi tractatus initi inter Episcopos huius Provinciae Ecclesiasticae, quotiescumque agatur de publicacionibus matrimonialibus vel informationibus exquarendis super libertate eorum qui matrimonium contrahere vo-

lunt, Parochi directe mittent litteras supplicatorias Parocho alterius ex dioecesis Provinciae, quin necesse amplius sit ad respectivas curias episcopales recurrere, dum modo tamen Parochis constet authentia litterarum et responsionis.

18. Intra ambitum sacrum, id est, ecclesias, sacristias et atria ubi eleemosynae colliguntur, nullo modo liceat pia obiecta, ut sanctorum imagines, coronas, numismata, scapularia vel pia folia fidelibus distribuere; id vero gratis omnino fieri potest.

19. Confessarii in ecclesia semper utantur superpelliceo et stola violacea pro audiendis confessionibus. Id autem etiam erit servandum cum Sacerdos domi aegrotorum confessionem excipiat, nisi urgentia casus obstet.

20. Textus pro doctrina christiana tradenda in tota provincia est Catechismus R. P. Hieronymi Ripalda, prout habetur in antiquioribus editionibus.

21. Uniformitati consulentes et Ecclesiae Romanae adhaerentes, praecipimus usum superpellicei sub forma cottae romanae, prout describitur a Solans in suo "Manual Liturgico."

22. Ad uniformitatem in tota Provincia procurandam, Manuale Liturgicum Ioachinni Solans recentioris editionis tamquam textus in Seminariis adhibetur, et clericis omnibus inserviat pro directione in re liturgica. Privilegia autem nulla sunt agnoscenda, etiam Hispaniae

concessa, praeter ea quae continentur in Const. Apost.
Trans Oceanum.

23. Rituali Romano utantur omnes eique inhaereant in administratione Sacramentorum et in aliis functionibus ritualibus. In celebratione vero nuptiarum et in administratione SSmi. Viatici ritus Manualis Toletani retinendus est. Appendix Ritualis Romani in quo haec omnia habeantur proxime edetur.

24. Commendamus usum tabernaculi ferrei, vulgo *Caja fuerte*, ad vitanda sacrilega furtarum.

25. Omnibus nostrarum Dioecesum Sacerdotibus in memoriam revocatur decretum Concilii Plenarii Americae Latinae sub num. 654, in quo clericis negotiatio prohibetur. (1)

26. Sacerdotes qui senio vel aegritudine impediti, penuria insuper laborant pro sustentatione propria, ad Episcopum recurrent, qui eis subveniet meliori modo quo possit; ast nullo modo cum dedecore status clericalis mendicare audeant.

(1) Quoniam nonnulli clerci non videntur satis perpendere vim huius prohibitionis, decretum citatum exscribimus ex Conc. Plen. eosque in Domino monemus ut ab omnibus his rebus hic vetitis abstineant. « Cum autem Apostolus dicat: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus* » (2. Tim. II. 4), prohibemus, ne quis clericus emptione, et venditione, quaestum cuiusvis generis exercere praesumat. Graviter peccant enim qui negotiationem cuiuslibet nominis ac generis, vel per se vel per alios, exercent, aut qui in ea exercenda laicis se socios adiungunt, vel qui opera publica sive suo sive alieno nomine, conducunt: et in reluctantibus Episcopi poenas constituere debent.

27. Monemus clericos ut vitent familiaritatem cum mulieribus, iuxta sancta in Concilio Plenario Americae Latinae sub num. 644.

Insuper eisdem prohibemus quod sine expressa Episcopi venia, secum habeant domi quascumque personas, etiam consanguineas, praeter parentes, fratres, sorores et famulos aut ancillas qui conditiones adimpleant requisitas in praefato decreto Concilii Plenarii. (1)

28. Clericis prohibemus facere expensas extraordinarias in favorem Ecclesiarum vel aliorum aedificiorum eorumdem curae commissorum, sine expressa venia Episcopi. Similiter eis prohibetur aliquid emere non statim soluto pretio; debita enim ita contracta ab ipso clero erunt solvenda. Cum vero restauratio aliqua vel aedificatio sit aggredienda, descriptio restorationis vel aedificii erit Episcopo praesentanda, necnon summa pecuniae ad id necessaria Episcopo indicanda pro approbatione.

29. Instrumentum musicum vulgo dictum *Piano* non est instrumentum aptum et proprium in Ecclesiis adhibendum: ideo Patres huius Provinciae Ecclesiasticae optant ut eius usus in tota Provincia interdicatur.

(1) Plurimum interest ut quamprimum ii qui adhuc veniam non exquisierunt ab Ordinario eam expostulent ut personae de quibus hic agitur licete manere possint domi una cum clericis. Haec autem venia in scriptis erit concedenda ut testimonium habeatur de adimpletione huius decreti.

30. Ut cantus in Ecclesia respondeat severitati eiusdem, catalogus compositionum cantus et musices publicabitur approbatus ab Episcopis huius Provinciae ut nemo permittat, sive in missis sive in aliis pliis exercitiis, opus quodecumque perfici nisi in praedicto catalogo sit descriptum. Nova vero cantus vel musices opera non permittantur exsequutioni mandari sine approbatione Episcopi.

31. In singulis dioecesibus nostris babendae sunt Deputationes pro Seminariis ad normam Concilii Tridentini. Ubi non habeatur, constitutatur Director spiritualis alumnorum. Commendamus rectorem aliosque qui directe invigilant disciplinam Seminarii confessiones alumnorum ordinarie non suscipere.

32. Fovendum est studium Concilii Plenarii in Seminariis, necnon de eo saepe tractetur in Conferentiis ecclesiasticis, ac in Synodo de eo semper aliquid synodales interrogent, apponentes notam specialem de scientia Sacerdotum in hac materia.

33. Parochi scripto exhibebunt Episcopo tempore visitationis pastoralis relationem status propriae Parochiae, ad normam schematis ipsis mittendi. In hoc schema specialis inquisitio fiet de observantia praescriptuum specialium Dioecesis. Hae dispositiones in libro speciali sunt semper exscribendae, exceptis litteris pastoralibus, de quibus in hoc libro nota tantum erit apponenda ac deinde archivio mandentur.

34. Commendamus clericis ut nomen dent societati clericorum pro multis subsidiis, quin per hoc clericus

quisque privatus existimetar iure habendi subsidium quod Episcopus praebere ei possit cum necessitas urget.

35. Conc. Plenarium n. 433, ait "Ordinarius stricte tenetur opportunis remedii providere ut rubricae et S. Rituum C. decreta rite serventur." Quare, omnibus clericis commendamus ut religiosae rubricarum observantiae consulant praesertim in Sacrosancto Missae Sacrificio: nec quis miretur si quis, etiam Parochus, in synodus vocetur ob negligentiam in re tanti momenti, onnesque cogitent serio peccatum etiam grave facile patrare qui rubricas non servat.

Praesens edictum mittatur omnibus et singulis clericis etiam regularibus dioecesum nostrarum, legatur in proximiori conferentia ecclesiastica post eius receptionem, et omnibus commendetur ut secreto illud servent, et dubia quae circa eius interpretationem occurrant ad proprium referant Episcopum.

Datum Moreliae, die 28 mensis Ianuarii, anni Domini 1905.

† ATHENOCENES, Archiep. Mechoacanen.

† JOSEPH a IESU, Episcopus Tloen.

† LEOPOLDUS, Episcopus Leonen. et huius Congressus Secretarius.

† EMMANUEL, Episcopus de Carpasia.

Quae dum exequor, occasionem arripi me subscribendi.

Dom. Tuae Rmae.

Servus

R. Card. MERRY DEL VAL


Romae, die 9 Novembris ann. 1903.

Rmo. Dno. ATHENOGENI SILVA,
Archiep. Mechoacanen.

II

DECLARATIO SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
PII PAPAE X

Postulatum fuit ab Episcopis Prov. Mechoacanensis:
An probanda sit sententia illorum qui putant decreta Concilii Plenarii Americae Latinae haud derogare iuri communi.
Resp. Negative.



Soliter examini subiecta fuit praescriptio lata ab Episcopis istius Provinciae Ecclesiasticae, in Conventu Episcoporum habitu Moreliae Mense Ianuario proxime elapso, vi cuius obligatio imponitur cunctis sacerdotibus, sive regularibus sive saecularibus explicandi Evangelium dominicis diebus in singulis missis privatis etiam in privatorum oratoriis.

Gratum mihi quidem est significare Dominationi Tuae Rmae. SSmm. Dnum. Nostrum praecipere non solum saecularibus sacerdotibus verum etiam regularibus omnibus obedire praedictae obligationi.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



UAN

DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC

0049